


**Carmina Consolatoria, Quibus Reverendum, ac Doctiſimum Virum, Dn.
Heimradum Grapen/ Pastorem Ad Aedem Spir. S. fideiſimum, praematurō, ſed
beato tamen Piſſimae, Pudiciſſimaeq[ue] Foeminae, Wendulae Maessen/ Natae
Rostoſcii, Anno 1631. 17. Aprilis. Denatae Guſtrovi[i], Anno 1659. 4. Ianuarii.
Humatae ibidem in templo Paroch. 9. eiſdem menſis. Uxoris Suae
deſideratiſſimae Obitu moeſtiſſimum**


Guſtrovi[i]: Waltherus, 1659


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770333524>

Druck Freier  Zugang



Schröder, Z.,
auf
W. Maesse,
Chefr. des H. Graue.
Güstrow, 1659.





CARMINA CONSOLATORIA,

Quibus

Reverendum, ac Doctissimum Virum,

DN. HEIMRADUM

Graven/

PASTOREM AD ÆDEM SPIR. S.

fidelissimum,

præmature, sed beato tamen.

PIISSIMÆ, PUDICISSIMÆq;

Femine,

WENDULÆ *Maessen/*

NATÆ Rostochii, Anno 1631. 17. Aprilis.

DENATÆ Gustrovi, Anno 1659. 4. Januarij.


HUMATÆ ibidem in templō Paroch. 9. ejusdem mensis.

UXORIS SUÆ *desideratissimæ*

Obitu mæstissimum

erigere conantur

Dnr. COLLEGÆ ET AMICI.



Gustrovi,

Typis Danielis Waltheri Typographi, Anno 1659.

Heu letus quàm vana Fides! nova gaudia luctu
Cœpti anni noviter sunt religata nigro.
Hæc Sors est Mundi, miscentur tristitia lætus,
Et soles nitidos nox tenebrosa fugat.
Aspera vis sati clavis confixit ahenis
Gaudia cum lacrymis. His via nostra madet.
Hoc mœrore suo Reverendus Mystra fatetur,
Cui Sociam sancti mors rapit atra thori.
Sed cohibe lacrymas, venient en tempora, Amice,
Lætus eam videas rursus in arce Poli!
Jam fac Te serves Nobis, Ecclesia donis
Aucta tuis JESUM quo celebrare queat.
Occupet atq; olim te—cum Palatia Cœli,
Serto ubi perpetuo Tu redimitus oves!

Condolentiæ Ergò f.

DANIEL JANUS,
Superintendens.

Heu! tibi turtureos luctus novus attulit annus
GRAPIADE, sacri florida palma chori.
Dum tua funestat Conjux primordia Jani,
Æthereumq; petit non reditura locum.
Hinc gemis, & noctes ducis, ceu culmine tecti,
Quæ sedet, & Socii nescia mœret avis.

Vir

Vir pro SOLE TORO, pro LUNA est Uxor eidem,
Ista suas noctes ducit, at ille dies.

Luna tuæ domui modo nulla, uxore peremptâ,
Ergo dies & nox ducitur atra tibi.

Sed qui SOLE polum, LUNAq; exornat, is ædes
Luce novâ potis est exhilarare tuas.

Sume proinde mares animos, cohibeq; querelas
Quæ ferit, ipsa DEI lenit amica manus.

Dum condi meliore loco quæ chara fuere,
Novimus, an luctus causa superstes erit?

ex pio affectu

STEPHANUS HANE,
Ecclesiastes Gustr.

IN Domino dum gaudemus, præeunte Pro- Ef. LXI.
pheta, V. 10.

Tu tristem casum, Vix Reverende, doles.

*Nec modus in luctu est ! Fætor, non costa, sed ipsum
Cordis ab immani vulnere peclus hiat,*

*Ille tuum Corclum, vitæq; ô quanta columna,
Tam subitâ quando subrupta morte cadit;*

*Quis modus in luctu? sed fallor sistere luctum,
In Domino peshunt gaudia vera piis.*

*Hæc dilectæ tuo Collega oppone dolori,
Sed tu, summe Deus, roborâ subde precor.*

Solatii ergò

Sed luctu plenus
deproperabam

JOH-FRANCISCUS Clausing/
ad Paroch. Minister.

An

Anni principium vix posset durius esse,
Mi Collega, Tibi; Tua nam dulcissima

Coniunx

morte citâ, postquam venientem viderat annum,
abripitur. Sic fata ferunt Tibi tristia fata!

Et quid principium tam durum pollicitari
posset præterquam quod fert fors dura piorum,

Ast hæc ipsa tamen fors aspera prospera fiet.

Namq; Dei veris cultoribus omnia fiunt

ex usu. Faxit Deus hoc perpendere tecum

ut possis; levius tua sic patientia reddet

quod jam corrigere est nefas. Solamina Jesus

præbeat ista Tibi, quæ Tu præbere solebas

in simili casu mortis, tunc omnia vinctes.

Vos autem cuncti, qui talia fata videtis,

discite prudenter spem largam nunc refecare,

Mortifer annus init. Reddat nos Jova paratos

sive sit ex mundo migrandum, sive manendum.

Mæfissimo Dn. Viduo,

Collega meo pl. honorando,

condolens apponebam,

M. NICOLAUS Zeidemannus/

Eccles. Cathedr,

Anni sub veteris finem mors sæva furebat,
Ipsaq; principio sævit ab usq; novi.

Eheu quam volucres sunt hujus temporis anni!

Quam fluidi menses! quam brevis hora: nihil

Serius a se aliis, alios tamen ocius ire,

Quem penes est solum vitæq; morsq; jubeat.

Ocius ac decuit nunc surripuisse videtur

Corde magis caram, Vir Reverende, Tibi.

Imò

Imò videtur, at esse potest nihil ocius illi.
Qui colit æternum, serius esse nihil.
Tempestiva igitur fuit, ac matura Virago;
Gaudia quæ cæli non peritura metas.
Nolis invidise, cui bona quæq; volebas,
Heic quoq; ubi tamen est nil minus atq; bonū.
Grateris potius, quod Conjux anticipavit,
Quæ nobis omnes, quæ Tibi & ipse cupit.

ANDREAS Weismachery
Sch. Gustr. Rector.

Annus præterit vetus: at non spicula tristis
Præterire necis, quod documenta probant.
Est optare quidem longævæ tempora vitæ
Moris Christiani, laudæq; dignus honos.
Sed quid, quod præter votum moriuntur amici?
Quid, quod Parca nocens optima quæq; secat!
Hæc, hæc peccati stipendia. Non variatur
Fatum. Quicquid enim vivit, idemq; perit.
Nec tamen omne perit. Mors nobis larva putanda,
Mors nobis somnus, mors peramata quies.
Ut nos vivamus peccati labe notati
Salvator patitur tristitia jura necis.
Cur hic natus enim? Cur circumcissus? ad usq;
Mortem cur Patri vota precesq; tulit?
Scilicet ut vitam nobis daret ipse Redemptor
Humani Generis, Gloria, Vita, Salus.
Hæc Tu, Vir Reverende, doces nos pondere pressos
Mæroris; Temet quin doceas & idem.
Tristis es. Et merito. Nam cari vincula cordis
Jam disrupta vides. *Costa* refecta jacet.
Ah! quam mitis erat! Castis quam blandula verbis,
Hæc poterat vultus exhilarare tuos:

Sed

Sed nunquam lacrymis illam revocabis, AMICE!
Parcas ipse tibi! Sit modus in lacrymis!
Ecce triumphantem jam Sponsam ducit JESUS,
Idem nos ducat, nos doceatq; MORI,

*Mæstissimum in. VIDUUM, Amicum
sincerum, ita erigere conaba-
tur ex animo condolens*

BLASIUS GRABIUS, Con-R.
Sch. Gustrov.

DEbuerat, fateor, felicia quæq; precari (meum;
Primum ad te verbum, Vir REVERENDE,
Sic redeunte novo Christi pia turba solemus
Anno; etiam noster sic voluisset Amor.

Sed jam quid dicam? quid scribam? verba recedunt,
Nec facit officium dextera, ut antè, suum.

Obstupui totus, Mortæ, cum nuncius atrox
Diceret, Uxorem vincla subisse tuam;

Uxorem, quicum vixisti turturis instar,
Delitium cordis Dimidiumq; tui.

O dolor! O lacrymæ! sic ô Truculentia Mortis
Unanimi solvis corda ligata fide!

Sed mihi quid tecum? DEUS est, qui vincula necit
Conjugii, DEUS est, qui quoq; solvit ea.

Hic benè cuncta facit, vitæ cum munera donat,
Cumq; eadem hæc aufert, Hic benè cuncta facit:

Huic quodcunq; placet, sibi nemo placere negabit,
Qui modo in huncce locat spemq; fidemq; suam,

Velle Dei nostrum sit velle: quis ergo recuset
Immissam forti pectore ferre crucem?

Durum est, sed levius faciet Patientia, quare
Quod Deus imposuit, fer patienter, onus.

Ipsè, mihi credas, melius te novit, *Amice,*

Quid valeant humeri sustinuisse tui:

Nec

Nec te met solum tali sub pondere linquet,
Imo quod imposuit, ferre iuvabit, onus.

*Hicce Reverendum Dn. Viduum, Sympatriotam,
Amicum, & Compatriem suum chariss. eri-
gere debui, voluit*

JOACHIMUS GEISTLIUS, Cantor.

Sic licet innumeros hæc vita extenta per annos,
Merum est tamen *γλυκύπικρον*,
Nil, nisi triste bonum.

Nam mala mixta bonis, iterum bona mixta malis
Et vita non multum boni, (sunt
Plus habet illa mali.

Eluerem Æthiopem vitæ si mala cuncta
Conarer his informibus
Enumerare metris.

WENDULA ter felix est GRAPIA, terq; beata
Quæ clausit, ah! citissime
Lumina morte piâ.

Ante dies paucos erat hæc benè corpore sano,
Nunc membra pallent lurido
Tradita sarcophago.

Sed placidâ extinctum corpus requiescit in urnâ,
Et mens in arce cœlicâ
Gaudia participat.

Siste igitur lacrymas, lacrymis, tristissime GRAPIA,
Ponas modum, quia flectier
Nescia Mors lacrymis.

Nec remeare cupit tua *Conjux*, incola cœli,
Ei licet des splendas
Totius orbis opes.


Olim tempus erit, cum Christi buccina clanget,
Tum denuo jungemini
Sedibus in superis.


Es

E S ist ja grosser Schad' / und billig zu beklagen/
 Das Ewer Ehemahl / erw' ander Seel und Herz/
 Herr Grape / wercher Freund / mit curé grossen Schmerz
 So bald abscheiden mus / bey noch so jungen Tagen.
 Wer ist zu finden wol / dem nicht der Vnfall schmerzer?
 Der nicht die Andacht rühm / damit Sie Gott gepreist/
 Der nicht die Liebe lobt / die Sie Euch hat erweist?
 Der nicht den Tode beschreit / der Sie so bald enherget?
 Was wolt Ihr aber thun / weils Gott also gefallen/
 Der Euch bald wiederumb in jener Freuden-welt
 zusammen bringen wird / nach dem es Ihm gefälle /
 So müst Ihr halten still in diesem / wie in allem.
 Sie ist schon an dem Ort / da alle Engel singen
 Preis / Ehr / und Herrigkeit / Gott / und dem theuren Lamm/
 Das Menschlich Fleisch und Blut zu unserm Heil annahm/
 Das mag Euch reichen Trost / das mag Euch Freude bringen!
 HARDWIG HANE, Sch. Gustr. Sub-Con-R.

A H miserum mortale genus! depascitur illud
 Nunc lentè à morbis: nunc irremediabilis atra
 Corripit id mortis facies. Nos respice vultu,
Alme Pater, placido, tennes quando ibit in auras
 Spiritus, & dextram mors inijcit, ultima rerum
 Linea. Luctifico nunc crescant tempora fato,
 Mors rapit hunc, illum rapit inclementia belli.
 Equis erit modus hisce doloribus? *O pie Christe*
 Nos ceu pastor oves rege, nostri suscipe curam.
 Comprime tristitiam, REVERENDE VIR, ac benè Spera:
 Sat vixit, quem non poterit vixisse pudere.
 Illius corpus placide requiescit in umbra;
 Atq' anima in cœlum scandens immixta piorum
 Turbæ mellifluo replet templa aurea cantu.
 NICOLAUS Liffens, Scholæ Gustr. Collega.

S. S. * * S. S.





Vir pro SOLE TORO, pro LUNA est U

Ista suas noctes ducit, at ille dies.

Luna tuæ domui modo nulla, uxore per

Ergo dies & nox ducitur atra tibi.

Sed qui SOLE polum, LUNAq; exornat,

Luce novâ potis est exhilarare tuas.

Sume proinde mares animos, cõhibeq;

Qvæ ferit, ipsa DEI lenit amica man

Dum condi meliore loco qvæ chara fue

Novimus, an luctus causa superstes

ex pio affectu

STEPHANUS HA

Ecclesiastes Gustr.

IN Domino dum gaudemus, præeunte Pro-
pheta,

Tu tristem casum, Vir Reverende, d
Nec modus in luctu est ! Fateor, non cos

Cordis ab immani vulnere peclus hiat,

Illa tuum Corclum, vitæq; ô qv. int. a colum

Tam subitâ qvando subrupta morte ca

Qvis modus in luctu ? sed fallor sistere luctun

In Domino posunt gaudia vera piis.

Hæc dilectæ tuo Collega oppone dolori,

Sed tu, summe Deus, robora subde pre

Solatii ergò

Sed luctu plenus

deproperabam

JOH-FRANCISCUS

ad Paroch. Ministe

